



**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XVI. Ut lite pendente innovetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

differencia est, quia in his actor intendit rem suam esse, & pro eo presumit facit rei contumacia: in illis vero tantum rem sibi deberi, unde opus alio decreto ad consequendam veram possessionem rei alienae.

Tempus secundi decreti interponendi ponunt in arbitrio judicis, quod nullib[us] illud sit exp[er]sum. Non solet tamen judex anni tempus praevenire.

3 Prodest haec missio non tantum missis, sed & non missis, qui debiti caussam praetendunt, si degentes in eadem provincia intra biennium, ablentes intra quadriennium compareant, de debito probent, expensas factas pro rata perfolvant, *l. fin. C. De bonis auctor. jud. possid. &c. dixi hac de re ad tit. D. De reb. auct. jud. possid. nn. 9. Vid. latius Welsenb. D. De damno infecto.* Si rei potentia aut dolus inclusit aetorem a possessione ex primo decreto, ne suus dolus illi proficit, lapso anno actor nihilominus constitueretur verus possessor, *c. pen. h. t.*

4 Non in omnibus autem huic missione locus est: non in beneficio, ne ad ea derur ingressus virtiosus, contra cap. 1. *De R. I. in 6.* Unde in iis diligenter examinato negotio procedendum ad sententiam, *c. 1. h. t. in 6.* Aliud est, si agatur de proprietate Ecclesiastum; tunc enim habebit locum missio, ut parere *c. 2. h. t.* & tradit *Gloss. in c. 1. V. virtiosus eod. in 6.*

## TITULUS XVI.

Ut lite pendente innovetur.

S U M M A R I U M.

1. *Lis pendere quando dicatur.*
2. *Lite pendente cur nihil innovandum, & ejus rei exempla.*
3. *Attentatum quo modo revocandum.*
4. *Alienatio necessaria non revocatur.*

**Q**uod dictum, ratione contumacie decerni missione in possessionem, non est extenuendum, ut contra regulam juris aliquid innovetur lite pendente. \* *Lis pendere dicitur, simul atque citatio debet est facta,* qua plene instrui potuit reus, *Clement. 2. h. t.* Ut apparcat,

aliud esse, item pendere, aliud item esse contestata.

Ideo autem lite pendente omnia in eodem statu sunt relinquenda, quo erant temporis litis inchoatae, secundum, *e. i. hoc sit, ne qui conqueratur, se injuste privatum suo jure in sui dispendium quid attentatum in controversia. Quo modo possessio rei controversa manet penes reum, donec lis decidatur, etiam si ex causa adulterii agatur ad thosilopatricem, *c. 2. h. t.* Privilegium impetratum lite pendente, non facta ejus mentione, viibus caret, *c. fin. h. t.* Rescriprum, quo quidam novatur pendente lite, habetur subreptum, quia non presumunt Pont. cuiquam ipsius velle auferre, nisi hoc expressent. His & subrogationes in locum defuncti, aut alterius ex litigioribus resignantis, non tenet, cum contineant odiosas litium prorogationes, *c. 1. & 2. eod. in 6.* Ad defensionem tamen litis illi, quorum interest, admittuntur, & hoc juxta statutum, in quo item inveniunt, *& c. in fine.* Vid. Rebuff. in *Praxi benef. Di subrog.**

Attentatum si quid fuerit, sive alienando, sive alio modo, est revocandum. Imo, si quem alienatio facta, non ignarus caussa, rem restituit, pretio amissio, quod non cedit alienanti, qui & alterum tantum silico infeste tenetur, *l. fin. C. De litigiosis.* Ignoranta emptoris dat ei licentiam pretii repetendi; cuicunque tertia pretii pars, a venditore, aut alio alienatore, recipiente superadditur, reliquis dubius in fiscum relatis, *d. l. fin. g. 1.* Quod si ces alienata restituiri nequeat, & equivalens substituendum, *c. 3. & 4. h. t.* Si vero hujusmodi res fuerint, & obnoxia religioni, non rescinditur quidem alienatio in religionis favorem; quia tamen dedicans contumeliosus in Deum exitit, falsa religionis specie in alterius injuriam eum honorens, duplum alteri rependere jubetur, *l. fin. D. de litigiosis.*

Patitur dicta exceptionem in alienatione necessaria, sub nomine donis, donationis propter nuptias, transactionis, legati, fiduci, commissi, divisionis hereditatis, *l. fin. in fin. C. de litig.* Ponit enim necessitas alienationem extra vitium.

TITU-